Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



qd pfecit. Denique omnia uicia in ma
lefactis timenda s. superbia in benefactis
plus metuenda est. Non itaque mirum. quia
sic est apls humilis ut dicat. quando infir
mor tunc potens sum. Nam hoc uicio ne et
ipse temptaretur. quale s medicamentum dicit ap
positum contra tumorem a medico. qui sciret quod
curaret. Ne magnitudine inquit reue
lationum extollar: datus est mihi stimulus car
nis angls sathane qui me colaphizet.
Propter quod ter dnm rogaui. et dixit mihi. suffi
cit tibi gratia mea. nam uirtus in infirmitate
pficitur. Apls doctor gentium. pater fidelium.
per anglm accepit stimulum carnis a quo co
laphizetur. Quis nrm hoc dicere audeat.
nisi ille confiteri non erubesceret. Si enim diximus
hoc non passum fuisse Paulum. cum ei quasi reuere
tiam deferimus mendacem facimus. Sed quia uax est
uerum dicit. Oportet ut credamus datum illi esse
anglm sathane. ne magnitudine re
uelationum extolleretur. Ecce quam timendus
est serpens superbie. Ex tr. Ps. c. xxx.

Exultatio de habundantia gratarum quam
sit timenda. ne quis de bono dei superbiat. sed
magis seruet humilitatem. et faciat quod scrip
tum est. quanto magnus es tanto humilia te
in omnibus. et coram deo inuenies gratiam. quia
quod sit timenda superbia de bono dei. et atque
et commendandum est karitati uere. Paulus apls
quamuis ex persecutore factus predicator: hab
undantiorem gratiam consecutus est in omni labo
re apostolico quam ceteri apli. ut magis deus os
tenderet suum esse quod dat. non hominis. Quomodo so
lent medici potentiam artis sue in desp
atis ostendere. sic dns ihc xpc medicus et
saluator noster in desperato qui persecutor ec
clie fuit ostendit magnitudinem artis
sue. ut non solum eum xpianum faceret sed et
apostolum. nec tantum apostolum. sed sicut ipse dicit. plus
omnibus laboraret. Excellentissime quod gratie
fuit. Et uidetis fratres. quia modo in ecclia pau
li epistole uigent magis quam coapostolorum eius.
Alii enim non scripserunt sed totum locuti sunt in eccla.
nam quod proferuntur aberrantibus sub nomine ipsorum
quia non sunt ipsorum.

improbantur nec acceptantur ab ecclia.
alii autem qui scripserunt. nec tantum nec tanta
gratia scripserunt. Cum quod esset magne gratie et mag
na meruisset dona a deo. quid dicit. Propter
magnitudinem autem reuelationum. ne ex
tollar: Intenditis. rem tremenda uobis di
co. Propter magnitudinem inquit reuela
tionum ne extollar: datus est mihi stimulus
carnis angls sathane qui me colaphi
zet. Quid est hoc fratres. Ne extolleretur tan
quam iuuenis. colaphizabatur tanquam puer:
Et a quo. Ab anglo sathane. Quid est hoc.
Dolore quodam corporis traditur. exagitatur ue
hementer. Dolores autem corpori plerumque
inmittuntur ab anglis sathane. sed hoc
non posset nisi permissi. Nam et scs iob sic proba
tus est. Permissus est ad eum probandum satha
nas. et percussit eum uulnere. ut uulneribus
putresceret. Immundus enim permittebatur.
sed scs probabatur. Sic quod angls ille satha
ne. quasi libenter permissus est colaphizare
apostolum. sed tamen apls curabatur. Et quia illud
quod medicus apposuerat molestum erat
infirmo. rogauit medicum ut aufer
ret. quomodo cum medicus apponit uiscerib ali
quod forte epithema molestum et ardens.
tamen inde curandus est ille cuius uiscera tu
mebant. Cum ille ardere cepit et crucia
ri medicamento. rogat medicum ut au
ferat. Medicus autem consolatur monet pati
entiam. quia nouit quam sit utile quod appo
suit. Ita et apls sequitur. et dicit. Propter quod ter
dnm rogaui. ut auferret eum a me.
Hoc est dicere. Rogaui medicum. ut au
ferret a me molestum epithema. quod mihi
apposuerat. Sed audi uocem medici. Et
dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. nam uirtus
in infirmitate pficitur. Ego noui quod
apposueri. ego noui unde egrotes. ego
noui unde saneris. Si quod Karissimi paulus
apls extolleretur magnitudine reuelatio
num non acciperet anglm sathane qui se co
laphizaret. quis de se posset esse securus.
Tutius uidetur ambulare. qui minus accepit.